

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia**

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam  
Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In  
Qvibvs Singvlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo  
Continentvr Et Explicantvr ...

**Tomás <de Jesus>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1684**

Capvt XXXII. Secundum fidem Catholicam, Beati in Deo non tam  
claritatem, quàm ipsam divinam intuentur essentiam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38601**

proinde beatam Virginem neque esse, neque debere dici Matrem DEI. Assumptum namque est salutem. Nam cum DEUS humanitati unitus, sit verus DEUS; ipsi quoque omnia ea convenient, quae competunt DEO vero, arque adeo etiam DEI nomen, & consequenter B. Virgo verissime est Mater DEI, hoc ipso quod est Mater DEI, cum humanitate unita. Quoniam ante hoc quidem Incarnationis Mysterium, nomen DEI non aliud, quam solum DEUM significabat. Peractio autem eo Mysterio, suapte ratione id nomen significat etiam DEUM humanitati unitum.

Ex eodem quoque fundamento patet responsio, ad ea, quae Nestoriani obiciebant, dici de Christo quandoque, velut de homine, qui non sit DEUS. Ut quod ipse compellat DEUM suam

**Matt. 26.** Deus Deus meus, ut quid dereliquisti me? & quod consolacionem ab Angelo accipit, &c.

**Lug. 22.** Quandoque autem velut d' DEO, qui non sit filius hominis: Ut quod fuerit ante Abraham, atque adeo etiam ante MARIA: atque adeo etiam quod non sit ei MARIA consubstantialis, sicut oportet, ut esset ejus Mater &c. Respondendum est enim, ex hac differentia attributorum Christi, non debere colligi diversas esse in eis personas, sed diversas naturas, per quantum alteram, scilicet humanam, convenienter verè Christo DEO, quae sunt humana, atque adeo etiam ut sit Mari consubstantialis; per alteram autem, scilicet Divinam, convenienter eidem Christo homini divina.

Item respondetur facile ex eodem fundamento ad illud Apostoli: In similitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo, Philip. 2.

**Philip. 2.** Ex quibus Verbis Theodoreus (initio Nestorianus) in Commentario ejus loci argumentabat. Filium DEI non esse factum hominem, sed induisse hominem. Sed perperam hoc colligebat. Nam habitu inventus ut homo, & in similitudinem hominum factus Filius DEI dicitur, non quia verè non sit factus homo; sed quia sine mutatione sui homo factus est, perinde ac homo sine mutatione sua substantia velletur, ut ex sancto Augustino lib. 83, qq. 9-73, declaratur. Qod autem Apostolus ait: In similitudinem hominum factus, veritatem potius confirmat nature humana à Christo sumpta, ut postea aliorum hominum plantae simili. Dato etiam, quod σχῆμα ibi idem sit quod figura, ut exponit illic Chrysostomus & Theophylactus: tamen sensu esse posset, Christum externam tantum figuram & similitudinem fuisse talis hominem, quales sunt alii, nempe hominem purum. Sed prior interpretatio, quae est etiam D. Thomæ in eum locum mihi magis probatur, & melius coheret cum verbis illis antecedentibus, Exinanit semetipsum, formam servi accipiens, ubi de vera essentia humanitatis assumptione est.

## C A P V T XXXII.

Secundum fidem Catholicam, Beatin Deo non tam claritatem, quam ipsam divinam intuentur essentiam.

**D**Upliciter contingit videre, aut cognoscere rem aliquam; primum quasi ipsam intuens. Thom. à Iis. Oper. Tom. I.

do sicut est, quod est videre per suam essentiam: Deinde per effigiem aliquam, & similitudinem sui, sicut antiquum absentem in imagine ipsius, & DEUM in effectis ejus quodammodo agnoscimus, in uno q. idem perfectius quam in alio: sicut ergo error Armenorum apud Armacanum lib. 14, questionum contra illos, cap. primo, & recentiorum Græcorum, ut narrat idem Author afferunt, DEUM nec à Beatis secundum essentiam suam clare videri, nec posse: sed tantum per quandam illius similitudinem, aut lucem ab eo derivatam. Eundem errorem illis ascribunt Alphonius de Castro contra heres verbo Beatitudi, heresi prima, & Gabriel Prateolus in suo Elencho, verbo Armeni. Tametsi Nicephorus lib. 18, cap. 53, eorum recensens errores, inter illos hunc non connumeret. Huic Armenorum errori aliqui ex Græcis Patribus adhaſſevidentur. Contra hunc errorum fide Catholica tenetiam est, Beatos videre DEUM per essentiam. Hæc veritas clare ex sacra Scriptura colligitur. Primus locus Math. 5. Beati mundo corde, quoniam ipsi DEUM videbunt. Quem ita intelligit D. Augustinus Epistola 112, cap. 4. Hilarius Can. 4. in Matthæum, imo Augustinus ex hoc loco id esse de fide videbat deducere; ait enim: Scimus, posse DEUM videris, quoniam scriptum est, Beati mundo corde, quoniam ipsi DEUM videbunt, &c. An forte dicere non debui, Scimus, sed Credimus, quia scriptum est in scriptura, Cui credimus. Et responderet statim optimè dictum esse Scimus, quia cum apparuerit similes ei erimus: quia videbimus eum, sicuti est; eo quod id tamquam certum credebat.

Secundus locus est Marth. 18. Angeli eorum semper vident faciem Patris mei, qui in celis est. Ubi Faciem substantiam ipsius DEI sicut est, interpretatur Hilarius Canone 18. & in illud Ptol. 118. Deprecatus sum faciem tuam.

Tertius locus est 1 ad Corinth. 13. Videmus nunc per speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem: nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscamus sicut & cognitus sum. Dicit, Ut cognitus sum, ut explicat Theodoreus, hoc est. Sic et notus & familiaris, qui vultum amici clare intuebitur: Hieronymus, Perfectè, sicut à DEO cognitus sum; Chrysostomus & Theophylactus. Ita ei occurram visione, sicut ipse me prævenit, cum prius me cognovit. Alii, Cognitus sum, pro edictus sum, possumut putant. Qod si in alia vita DEI ellenita per se non appareret, sed in aliqua luce ab ipsa derivata, absque dubio in enigmate adhuc, & sub obscuro velamine, non facie ad faciem videbatur: nec cognosceremus sicut cogniti & familiares, sed ex parte tantum, licet perfectiori modo quam in via. Enigma enim, teste Augustino 15. de Trinitate cap. 9, est similitudo quedam obscura ad intelligendum, cum per unam rem aliam significare volumus. Cum ergo quavis lux aut creatura à DEO derivata, sit magis diversa res ab ipso DEO, quam una creatura ab alia; efficiuntur, multo magis, illam enigma esse DEI; quam una creatura alterius esse potest.

Quartus locus est 1. Joan. 3. Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quia videbimus eum sicuti est: ibi enim sermonem esse de Deitate, non de humanitate Christi patet primo ex contextu. Nam paulo ante de Patre, hoc est, d' DEO locutus fuerat. Vide quelem charitatem dedit nobis Pater, ut filij DEI nominemur, & simus: & de eodem prolequitur, cum dicit: Charissimi nunc filij DEI sumus, & nondum apparuit, quid erimus.

R. 2.

Scimus

*Sicutus quoniam cum apparuerit similes ei erimus, id est DEO, quoniam videbimus eum sicut es; eum inquam, qui dedit nobis, ut Filii DEI simos; cum vero postea subiungit: Et sicutis, quia ille apparuit, ut precata nostra tolleret, loquuntur etiam de DEO, qui in carne appareat dignatus est.*

Secundo patet ex definitione Ecclesiae: *Eva-*  
*rists in prima sua Epistola ex illo 1. Joan. 3. Vide-*  
*bimus eum sicuti es*, dicitur affirmat Dei substantiam à Beatis videri. Ipsilon Concilium Franco-  
*fondense in Epistola ad Episcop. Hilpanie, his*  
*verbis afficit: Pradicamus eum (scilicet Christum)*  
*DEUM verum, & vivum, & verè Filium DEI, ut*  
*ad eum beatissimam visionem pervenire mereamur, in*  
*qua es est aeterna beatitudo & beatia aeternitas. Probave-*  
*rat autem ante medium Epistola ex illo 1. Joan. 3.*  
*visionem hanc futuram esse DEI, sicuti es. Ad*  
*hac Eugenius IV. & Concilium Florentinum Sef-*  
*sione ultima in litteris Unionis, quæ ab universa*  
*Synodo verè fuisse recepta & subscrípta, sicut po-*  
*stea fraudibus cuiusdam ex Græcis Patriarchis*  
*Imperiorum Græcorum refūtavit: inter alia defi-*  
*nunt eos, qui supposito baptizante, vel peracta*  
*pennitentia in gratia decellerint, in cælum mox*  
*recipi, & intruere clavis ipsum DEUM Trinum &*  
*Unum sicuti es. Denique Benedictus XI. in qua-*  
*dam Extravaganti, quam referunt Major in 4. q. 9.*  
*ultima, & supplementum Gabrielis in 4. d. 4. q. 9.*  
*2. art. 3. dub. 3. definit Animas defunctorum,*  
*qui in gratia decellentur ante diem Judicii, ex vi-*  
*sione clara & fruitione Dei, verè esse beatas.*

Secundo ex Patribus plures quoque & magni  
*nominis idem nobis tradidérunt. Dionysius de*  
*Celasti Hierarchiæ c. 4. Martialis in Epistola ad To-*  
*lofanos cap. 27. Origenes 1. Patriarchon c. 5. Expla-*  
*nans illud Ptol. 35. In lumine tuo videbimus lumen,*  
*& Nazianzenus oratione 25. in fine, ubi sic ait: In*  
*hoc igitur communem nomen (scilicet Dei) crede, &*  
*prospere incede, & regna: atque hinc ad alterius vita*  
*beatitudinem transib. Ea porro, ut mihi quidem vi-*  
*detur, in expressiore horum cognitione, ac comprehen-*  
*sione sita est. Apud Patres vero comprehensio*  
*pro clara Dei visione accipitur. Fuis tamen*  
*Irenæus lib. 18 ca. 38. idem docet. Consentit Au-*  
*gustinus Epistola 112. de videndo DEUM cap. 4.*  
*& 8. quod enim in fine Epistole dubitat, An ab*  
*Angelis DEUS nunc videatur, non obstat: de*  
*omnibus enim beatis in Angustino dubium est,*  
*num ante diem Judicii DEUM clarè inveniantur:*  
*non tamen dubitat, an aliquando DEUS videtur*  
*sit.*

*Exod. 13. Neque obstant alia S. Scriptura loca, Exodi*  
*1. Tim. 6. 23. Non videbit me homo & vivet, & 1. ad Tim. 6.*  
*Lucem habitat, &c. quem nullus hominum videt, nec*  
*videre potest. 1. Pet. 1. In quem desiderant Angelis pro-*  
*spicere, ergo non respiciunt. præterea sunt aliqua*  
*loci SS. Patrum, ut Chrysost. qui videtur negare*  
*DEUM clarè videri. Pro responsive primo no-*  
*tandum, quadrupliciter intelligenda esse illa loca*  
*Scripturaræ, primo uenient DEI visionem com-*  
*prehensivam; ita Chrysost. Hom. 14. in Joan.*  
*Epiphani. August. Gregor. & Dionysius cap. 9.*  
*de divinis nominibus. Secundo, quod DEUS non*  
*potest videri oculo corporeo, seu phantasia natu-*  
*rali, benè tamen videi potest intellectu. ita Aug.*  
*Epist. 111. & 112. & Chrysost. Tertio, ut sit Deus*  
*invicibilis virtibus naturæ, ita Epiphani. heresi 70.*  
*Matt. 11. sed bene poterit videri per gratiam. Matth. 11.*  
*Nemo novit Patrem nisi Filius, & cui voluerit Filius*  
*revelare.*

*Quarto, & est Durandi, quod intelligitur non*

posse videri DEUM in hac vita de lege ordina-

ria, & Angeli desiderant prospicere, non quia

careant illa visione, sed quia nunquam fastidi-  
imo ille locus est pro nobis, non enim desiderant

rem impossibilem: & illud Joan. 1. DEUM nemo

vidit unquam, *Uigenitus*, &c. Janserius explicat *Joan. 1. c.*

de comprehensiva visione; addit, quod nullus vi-

bus propriis viderit, ut posset primus Auctor aliis

enarrare, quæ viderat, & ibi commendatius Au-

tor prædicationis Evangelice.

Quintò, *Uigenitus*, qui est in finis Patris, ipse

enarravit; & notandum, quod licet DEUS si infinitus,  
*tamen continetur sub ente, quod est objec-*  
*tum intellectus, ideo ex auxilio gratie potest intellec-*  
*tus elevari ad videndum DEUM. Angelus*  

vero licet sit finitus, non tamen videri potest ocu-

lo corporeo, quia est extra latitudinem objecti

ipsius oculi, veluti neque sonus potest videri. De-

inde excusat Chrysostomum qui explicandus est

per alia loca, ubi negat DEUM videri, & addit

exactè vel perfectè, quod idem est ac dicere Deum

non comprehendendi, vide Sextum Senensem in Bi-

bliothece lib. 6. annos. 182. & Duran. in 4. dist. 35

### C A P V T XXXIII.

Pœnitentia, quæ in Ecclesia Catholica  
 agitur, est Sacramentum à Chri-  
 sto Domino institutum.

**A** pud plurimos ex Orientalibus ignotum est  
 pœnitentia Sacramentum, cuius fieri nullus  
 est usus, imo inter aliquas ex his nationibus no-  
 lunt relapsos à fide admittere, ad absolutionem &  
 reconciliationem cum Ecclesia, etiam pœnitentes, ut olim Novatiani, & Montanistæ hæretici  
 faciebant. Probatur autem pœnitentiam, quæ  
 agitur in Ecclesia Catholica, esse Sacramentum à  
 Christo institutum.

Primo, ex potestate, quam Christus Dominus  
 dedit Apostolis suis, & ipsorum Successoribus, ad  
 dimittendū vel remittendū peccata. Matth.  
 18. Joan. 20. *Quorum remissiū peccata, remis-*  
*tuntur eis, & quorum retinuerūt, retenta sunt. Ita*  
*enim sine gratia Sacra menti fieri non possunt.*

Secondo, ex omnibus requisitis ad essentiam  
 Sacramenti, etiam juxta ipsorum hæreticorum  
 placitum. Enumerant enim octo requisita ad per-  
 ficiam rationem Sacramenti, quæ oīne recente-  
 bimus. Primum est, ut sit signum externum.  
 Hoc in pœnitentia Sacramento sunt actus pœni-  
 tentiæ, qui confiteruntur peccata sua, & Verba abso-  
 lutionis: *Ego te absolvō, hoc est, Remitto tibi pecca-*  
*ta tua.*

Aliorum requisiū, ut signum illud externum  
 habeat mandatum à DEO. Tale habet pœnitentia  
 ex Verbis Christi, Matth. 8. Joan. 20.

Tertium, ut mandatum hoc sit in novo Te-  
 stamento. Etiam hoc certum est de Sacramento  
 pœnitentiae, ut patet ex loco Joan. citato & ex Paul.  
 2. Cor. 5. *Posuit in nobis verbum reconciliationis, &*  
*pro Christo legatione fungimur. Quorum enim da-*  
*re Christus Apostolis absolvendi potestate,*  
*nisi etiam, ut ea uterentur, quando opus esset, ju-*  
*beret?*

Quattuor, ut sit ritus perpetuus. Talis utique  
 est pœnitentia Sacramentum, quod semper fuit,  
 semperque durabit in Ecclesia usque ad finem  
 mundi.

Quin-